

123. Qui beneficium non reddit, non magis peccat, quam qui non dat situs. *Ibid.*
124. Beneficia in vulgus cum largiri institueris, perdenda sunt multa, ut semel ponas bene. *Ibid.*
125. Nullum beneficium perit, tantum erogatu; si reddatur aliquid, lucrum est; si non reddatur, damnum non est. *Ibid.*, cap. 2.
126. Nunquam vir bonus de beneficiis factis cogitat, nisi admonitus a reddente; alioquin in formam crediti transeunt. *Ibid.*
127. Turpis feneratio est, beneficium expensum referre. *Ibid.*
128. Qui ingratus est adversus unum beneficium, adversus alterum non erit. *Prosec.*
129. Duorum oblitus es? tertium etiam eorum que excederunt memoriam reducet.
130. Is beneficium perdidit, qui cito se perdidisse credit.
131. At qui instat, et onerat priora sequentibus, etiam ex duro, et immemori pectore gratiam extendit. *Ibid.*, cap. 3.
132. Beneficis tuis inimicum cinge. *Ibid.*
133. Non potest beneficium manu tangi, animo cernitur. *Ibid.*, cap. 5.
134. Multum interest inter materiam beneficii, et beneficium; itaque nec aurum, nec argentum, nec quidquam eorum, que a proximis accipiuntur beneficium est, sed ipsa tribuentis voluntas. *Ibid.*
135. Beneficium etiam amisso eo quod datum est, durat. *Ibid.*
136. Omnia que falsum beneficii nomen usurpant, ministeria sunt, per que se voluntas amica explicat. *Ibid.*
137. Non est beneficium id, quod sub oculis venit, sed tantum beneficii vestigium et nota. *Ibid.*
138. Beneficium non in eo quod fit, aut datur, consistit; sed in ipso dantis aut facientis animo. *Ibid.*, cap. 9.
139. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit, quod quis ægre dimittere visus est, et sic dare tanquam si sibi præripere. *Ibid.* lib. 2, cap. 1.
140. Cum in beneficio jucundissima sit tribuentis voluntas, qui nolentem se tribuisse, ipsa cunctatione testatus est, non dedit. *Ibid.*
141. Gratissima sunt beneficia parata, facile occurrentia, ubi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundiam. *Ibid.*
142. Sero beneficium dedit, qui roganti dedit. *Proseus.*
143. Illud beneficium jucundum, victurumque in animo scias, quod obviam venit. *Ibid.*, cap. 2.
144. Quamvis leve et vulgare beneficium sit, si præsto fuerit, multum sibi adjicit, gratiamque pretio. *Ibid.*
145. Qui beneficium parate fecit, non est dubium quin libenter faciat. *Ibid.*
146. Non videri benefecisse delectat, sed benefecere. *Ibid.*, cap. 10.
147. Hæc beneficii inter duos lex est: alter statim oblivisci debet dati, alter accepti nunquam. *Ibid.*
148. Qui dedit beneficium, taceat; narret, qui accepit. *Ibid.*, cap. 11.
149. Nisi beneficia adjuveris, perdes; parum est dedisse, fovenda sunt. *Ibid.*
150. Si gratos vis habere quos obligas, non tantum des oportet beneficia, sed et ames. *Ibid.*
151. Nihil æque in beneficio dando vitandum est, quam superbia. *Prosec.*
152. Non tantum ingratum, sed inivisum est beneficium superbe datum. *Ibid.*
153. Sunt quedam nocturna impetrantibus, que non dare, sed negare, beneficium est. *Ibid.*, cap. 14.
154. Beneficium demus, quod usu magis, ac magis placeat, quod nunquam in malum vertat. *Ibid.*
155. Quidam non tantum dant beneficium superbe, sed etiam accipiunt. *Ibid.*, cap. 18.
156. Jucundissimum est ab eo accepisse beneficium, quem amare etiam post injuriam possis. *Ibid.*
157. Non videtur dedisse beneficium, qui malo animo profuit, casus enim, non beneficium est, hominis injuria. *Ibid.*, cap. 19.
158. Qui grate beneficium accepit, primam ejus pensionem solvit. *Ibid.*, cap. 22.
159. Nullum est tam plenum beneficium, quod non vellicare malignitas possit. *Ibid.*, c. 28.
160. Nullum tam angustum, quod non bonus interpres extendat.
161. Qui libenter beneficium accepit, reddidit. *Ibid.*, cap. 30.
162. Qui beneficium dat, vult excipi grate; habet quod voluit, si bene acceptum est. *Ibid.*, cap. 31.
163. Gratum hominem, semper beneficium delectat; ingratum, semel. *Ibid.*, lib. 3, cap. 17.
164. Non est beneficium, quod in questum mittitur. *Ibid.*, lib. 4, cap. 14.
165. Qui beneficium ut reciperet dedit, non dedit.
166. Optimi viri et ingentis animi est, tandiu ferre ingratum, donec fecerit gratum. L. 3, c. 1.
167. Quo quis plura beneficia dedit, beneficentior est. *Ibid.*, cap. 9.

168. Beneficium dare, socialis res est, aliquem conciliat, aliquem obligat. *Ibid.*, cap. 11.
169. Nullum beneficium est, cuius commodum non et proximos tangat, nonnunquam etiam longius posito. *Ibid.*, cap. 19.
170. Non est beneficium, nisi quod a bona voluntate proficiscitur; nisi illud agnoscat, qui dedit. *Ibid.*, lib. 6, cap. 9.
171. Pœnitet accepti beneficii, quem nondum redditu piget. *Ibid.*, cap. 42.
172. Quisquis de accipiendo cogitat, oblitus accepti est. Ep. 73.
173. Beneficium vis injurie extinguatur. Ep. 81.
174. Ingratus est, qui beneficium reddit sine usura. *Ibid.*
175. Quid eo miserius, cui beneficia excidunt, hærent injuria? *Pros.*
176. At contra sapientia exornat omne beneficium, ac sibiipsum commendat, et se assidua ejus commemoratione delectat.
177. Malis una voluptas est, et hæc brevis, dum accipiunt beneficia, ex quibus sapientia longum gaudium manet, ac perenne.
178. Non enim illum accipere, sed accepisse delectat. Ep. 81.
179. Periculosissima res est, beneficia in ingratum magna conferre. *Prosec.*
180. Nam quia putat turpe, non reddere; non vult esse, cui reddat. *Ibid.*
181. Nihil carius æstimamus, quam beneficium, quando petimus; nihil vilius, cum accepimus. *Ibid.*
182. Cupiditas accipiendorem, oblivionem acceptorum facit; cogitamus, non quid impetratum, sed quid impetrandum sit. *Ibid.*
183. Beneficii accepti nunquam oportet oblivisci, dati protinus. *De Moribus.*
184. Vires tuas amici magis sentiant beneficiis quam injuriis. *Ibid.*
185. Hostia soli Deo acceptabilis, benefecere hominibus pro Deo. Sent. 41.
186. Opla ut bene possis facere inimicis. *Ibid.* Sent. 204.
187. Que gratis accipis a Deo, presta gratis. Sent. 233.
188. Stude communiter omnibus benefecere. *Ibid.* Sent. 234.
189. Ne te impediatur a benefeciendo homo ingratus. *Ibid.* Sent. 319.
190. Qui dat aliquid et imputat, contumeliam magis quam beneficium dedit. *Ibid.* Sent. 329.
191. Perdit et tollit beneficium, quisquis bene merito parentem referre gratiam negligit. Lib. 5. *Dic. memorab.*, cap. 3.
192. Est ita natura comparatum, ut antiquiora beneficia subvertas, nisi illa posterioribus cumules. *ib.* 3. Ep. 4, ad *Macrinum.*

BENEFICIUM DEI.

SENTENTIE PATRUM.

1. Multo crebrior, multoque numerosior pars illa hominum est, cui particulatim quidquid superna largitas donat, accrescit, ut conferendorum munerum cause de iis, que sunt collata, pariantur. Lib. 2, de *Vocat. genitum*, cap. 3.
2. Plena semper et redundantia sunt divina beneficia, non exiguo constricta numero, sed uberi bonorum concervata congestu. Lib. 1, sup. *Luc.*, cap. 1, in illud: *Ne times, Zacharia.*
3. Quisquis tibi enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat, nisi munera tua? Lib. 9, *Conf.*, cap. 13.
4. Multa nobis orantibus tribuis, et quidquid boni antequam oremus, accepimus, a te accipimus. *Ibid.*, lib. 19, cap. 31.
5. Melius judicavit Deus de malis benefecere, quam mala nulla esse permittere. In *Enchirid.*, cap. 27.
6. Tanta est erga omnes homines bonitas Dei, ut nostra velit esse merita, que sunt ipsius dona; et pro his que largitus est æterna premia sit donatus. *De Ecclesiast. dogmat.*, cap. 32.
7. Quid melius, quid omnipotentius eo, qui cum mali nihil faciat, bene etiam de malis facit? *De Continent.*, cap. 6.
8. Nemo est donis Dei beatus, qui donanti existit ingratus. *De bono viduit.*, cap. 16.
9. Magnum beneficium est pax, sed Dei veri beneficium est. Lib. 3, de *Civif. Dei*, cap. 9.
10. Dona sua coronat Deus, non merita tua; si ergo Dei dona sunt, bona merita tua, non Deus coronat merita tua, tanquam merita tua, sed tanquam dona sua. *De gratia et lib. arbit.*, cap. 6.
11. Caveat homo ne sit ingratus beneficiis Dei, ejusque in se provocet iracundiam, cujus obediens et fideliter debet suscipere gratiam. *Sup. Psalm. LXXXVII.*
12. Vis ut Deus det se tibi? quid si quod vis habere, non vultipse ut habeas, ut se tibi det? impedimenta removet, ut intret ad te, et se tibi det. *Prosec.*
13. Peccatoribus blasphemantibus eum quotidie, dat Deus cœlum et terram, dat fontes, fructus, salutem, filios, copias, ubertatem.
14. Si talia peccatoribus dat, quid eum putas servare fidelibus suis? *Sup. Psalm. LXXXIV.*, vers. 4.
15. Quidquid promisit Deus, indignis promisit,

AIXTUS PHIL.

VALENTIUS
MAXIMUS.

PLINIUS II.

ut non quasi operibus merces promitteretur, sed gratia a nomine suo gratis daretur; quia et hoc ipsum, quod juste vivit, in quantum homo potest iuste vivere, non meriti humani, sed beneficii est divini Sup. *Psalm. cix.*

16. Cum aliquando Deus tardius dat, commendat dona, non negat. *Pros.*

17. Diu desiderata, dulcius obtinentur, cito autem data vilescunt.

18. Pete, quare, insta, petendo et quaerendo crescis, ut capias; servat tibi Deus quod non vult cito dare, ut et tu discas magna magne desiderare. *Serm. 5, de Verbis Domini.*

19. Non meo vel ingenio, vel merito, sed Dei dono sum, si quid laudabiliter sum. *Ep. 52, ad Macedonium.*

20. Res prospera, donum est consolantis; res autem adversa, donum est admonentis Dei. *Ep. 85, ad Felicitat.*

21. Deus recipit, quod non invenit, et nunquam amisit; nunquam inops est, et gaudet lucris; nunquam avarus, et usuras exigit; superrogatur ipsi, ut debeat; et quis habet quidquam non suum? *Pros.*

22. Reddit debita nulli debens, donat debita nihil perdens. *In Meditat. cap. 29.*

23. Quisquis beneficia Dei non videt, caecus est; quisquis videt, nec Deum laudat, ingratus est; quisquis laudanti relictur, iusanus est. *Lib. 1, de Civit. Dei, cap. 7.*

24. Quis vel mente concipere (non dicam verbis) possit et exponere, quanta circa nos sint Dei nostri beneficia? *Ser. 1, Feriae 2, post Dom. 1, Coadrag.*

25. Beneficere Deus semper paratus est, sed hominum malitia prohibetur. *Serm. 1, Dom. 12, post Pent.*

S. DASIL. MAG. 26. Munificentissimus est Rex noster, et indignatur si quis parvum quid ab ipso petat, si quis nostrum de nihil attentius ipsum sollicitet. *De confit. cap. 1.*

S. BERNARD. 27. Ideo multa quae Deus dare disposuit, prius pollicetur, ut ex promissione devotio excitetur; sicque quod gratis daturus erat, devota oratio promereatur. *Homil. 4, sup. Missus.*

28. Onerat nos, cum exonerat Deus; onerat beneficio, cum exonerat peccato. *Serm. 15, sup. Qui habitat.*

29. Magna superbia, et delictum maximum, uti datis tanquam innatis; et in acceptis beneficiis, gloriam usurpare beneficii. *In Tract. de diligendo Deo.*

30. De magnis bonis mala oriri non minima solent; cum facti eximii de bonis Domini, utimur bonis tanquam non datis, et non damus gloriam

Deo. *Serm. 88, sup. Cant.*

31. Magnum est quod a Deo offertur, sed eo utique libentius et festinantius suscipiendum. et obvis arripendum manibus cum fervore et hilaritate. *In Declamat. sup. Ecce nos.*

32. Quid poteris largitori tuo rependere? dedit te tibi, quando te creavit ut esses. *Prosec.*

33. Reddidit te tibi, quando recreavit te ut bene esses.

34. Dedit in Viaticum tibi corpus et sanguinem suum, se verum Deum, et hominem verum, ne in via desidas, et tu quid rependes?

35. Si pro eo quod dedit tibi, quando te creavit, vicem nequis rependere, quid pro eo rependes, quod se tibi dedit?

36. Certe si te millies losses rependere, quid esses tu in comparatione Dei?

37. Repende tamen quantum potes, repende te totum illi, qui te totum tibi et dedit et reddidit; et his non contentus, se quoque totum dedit tibi. *In Lib. de Passione, cap. 30.*

38. Quoties beneficia Dei recipimus, toties tracti sumus. *Serm. 1, Feriae 4, Pentecost.*

39. Cui Dominus plus benedixit in naturalibus, vel spiritualibus, vel temporalibus donis, plus merito ipsi servire debet. *Ser. 2, Dom. 3, post Pent.*

40. Pudeat nos non recordari tantorum beneficiorum, et pudeat nos eum offendere, quem recordamur nobis tanta bona fecisse. *Ibid. Serm. 3.*

41. O summa pietas, summaque misericordia Domini Salvatoris, qui cum tota die offendatur a nobis, non tamen nobis sua beneficia retrahit. *Serm. Exalt. S. Crucis.*

42. Iste est pessimus et ingratus, qui plus diabolicis figmentis, quam divinis beneficiis est tractus. *Prosec.*

43. Qui plus sibi complacuit diabolica nequitia, quam divina benevolentia; magis eligit esse servus diaboli, quam Filius Dei. *De Stimulo amoris, part. 1, cap. 7, gradu 7.*

44. Beneficia Dei etsi parva videantur, nobilissima et pretiosissima sunt. *Lib. 2, de Prospectu Religiosor. cap. 5.*

45. Beneficia Dei tam pretiosa sunt, quod nullo pretio sunt condigna. *Ibid. cap. 63.*

46. Quanta est pietas Dei, illis tanto affectu et studio sic beneficere, qui beneficia ejus nec agnoscere, nec conservare, nec regratiano digne recipere student. *Ibid.*

47. Deus ad hoc beneficium suum protrahit, ut non sit nobis vile quod donat. *Ibid. cap. 71.*

48. Considera quod ipse benefactor tuus Dominus Deus ita tibi benefecit, ut nihil a te reptat, nec te, nec aliqua creatura indiget. *In Fasciculario, cap. 6.*

CASSIODOR.

49. Recte uti debemus beneficiis divina largitate collatis, ne magis inde pereamus, unde sublepti fuisset cognoscimus. *Sup. Psalm. cv, vers. 34.*

CLEM. PAP.

50. Quid tam impium est, quam a Deo beneficium consequi, et ingratum esse? *Lib. 5, Recognit.*

S. CYPRI.

51. Non dat Deus sancta canibus. *Cateches. 1.*

HIEROSOL.

52. Divina beneficia digna sunt sacris laudibus. *De Eccles. Hierarch. cap. 4.*

DIONYSIUS

53. Quanto quis majora a Deo suscipit dona tanto amplius obligatur Deo in omnibus obedire charitate sincera. *Sup. Epist. 4 ad Cor. cap. 4, art. 4, in illud: Quid gloriaris.*

S. DIONYSIUS

54. Considero sapienter de bonis, quae tibi Deum saepe fecit, et semper plus et plus facit. *Pros.*

S. EDMUNDUS.

55. Quando quotidie malefacis, te corrigit; et quando mereris penas, tibi indulget.

56. Quando erras, te corrigit; quando titubas, tunc te docet.

57. Quando esuris, te pascit; quando sitis, te potat.

58. Quando friges, tunc te calefacit; quando cales, te refrigerat.

59. Quando vigilas, te salvat; quando dormis, te conservat.

60. Quando surgis, te sustinet; quando cadis, te reparat.

61. Quando sedes, te tenet; quando stas, te portat.

62. Quando vadis, te ducit; quando revertaris, te dirigit.

63. Quando ad eum venis, te suscipit; quando ab illo recedis, te reducit.

64. Quando devias, te revocat; quando male tibi est, te confortat. *In Speculo Eccles., cap. 4.*

65. Cum hic tam praecleara Deus justis pariter et injustis tribuat beneficia, qualia sunt putanda, quae justis reservat? *Prosec.*

66. Consideremus, qui tanta dedit, quanta restituit? qui tam magnus est in donis, quam magnus erit in praemiis.

67. Si tam inestimabilis est munerantis benignitas, quae erit illa remunerantis?

68. Quam magna rependit bonis, qui tam magna largitur ingratis. *Ep. Parvaetica ad Valerian.*

S. EUSEBIUS

69. Magnitudo coelestium beneficiorum angustias humane mentis excedit. *Hom. 5, de Pasch.*

EMISEN.

70. Beneficium Dei non potest custodire, qui necit desiderare. *Ibid. Hom. 11, de Pascha.*

71. Non vult Deus noster bona sua nimia invenienti facilitate vilescere; pretiosa enim et concupiscentibus merces, cupidum et avidum negotiatorem requirit. *Ibid. Homil. 3, ad Monachos.*

72. Ille Deus tantorum numerum repromissor, non vult in servitio habere tepidum, despiciit fastidiosum, recusat coactum, respuit involuntum. *Prosec.*

73. Lentum enim et parum gratum, quaerere gratiam divini muneris, maxima est injuria remuneratoris. *Ibid.*

74. Tanto graviora erunt humana delicta, quanto majora se ostenderit divina beneficia. *Ibid. Hom. 4.*

75. Nonnunquam de praeteritorum peccatorum magnitudine, multitudine, et feditate non inutiliter cogitamus, ut magnitudinem divini beneficii, quo ex illis nos liberati sumus, melius valeamus cognoscere. *Prosec.*

76. Non enim plene cognoscitur medici curantis beneficium, nisi morbus ipsi fuerit egrotanti bene cognitus. *Sect. 1, sup. Psalm. xxxvii, vers. 19. Et cogitabo pro peccato meo.*

77. Quemadmodum dulcedinem epularum, qui famem non est expertus, nescit: ita electi non satis agnoscerent magnitudinem divini beneficii, si non aliquando permitterentur Dei dispensatione in graves incidere afflictiones. *Sect. 1, sup. Psalm. lxxx.*

78. Hominem Deus largitate rationis dicit, infusione gratiae visitat, honore collatae virtutis exaltat. *Prosec.*

79. Tanto ab homine Deus postea districtius penas exigit, quanto hunc in penso munere largius praeventit. *Lib. 8, Moral., cap. 16, Job. 7: Quid est homo.*

80. Incassum nobis bona conditor tribuit, si non omne quod tribuit, ipse custodit. *Ibid., lib. 9, cap. 29.*

81. Citius bonum perditur, quod non a largiente custoditur. *Ibid.*

82. Malorum domos Dominus bonis implet, quia etiam ingratis sua dona non denegat, ut aut benignitatem conditoris erubescant, et ad bonitatem redeant; aut redire omnimodo contentementis, inde gravius puniantur. *Ibid., lib. 16, cap. 5.*

83. Nihil suae virtuti tribuit, qui bonum quod a conditore habuisse se intimat, indicans ab ipso se accepisse ut bonus esset, a quo accepit ut esset. *Ibid.*

84. Praeventiente gratia et bona voluntate subsequente, hoc quod omnipotentis Dei donum est, fit meritum nostrum. *Homil. 9, sup. Ezech.*

85. Diabolus quanto majora in hominibus insonda conspiciat, tanto haec auferre subtilioribus insidiis exquirat. *Prosec.*

86. Via et vita praesens, et tanto quisque necesse est, ut insidiantes spiritus caveat, quanto

FRANCISCU
TITELM.

S. GREGER.
MAGN.

maiora sunt dona, quas portat. Lib. 7, in *Registro*, indiet. 2, cap. 126, epist. 126, ad *Recharedum regem Visigothorum*.

87. Lega non constringitur sancti Spiritus donum. Lib. 4, *Dialog.*, cap. 1, verbo, *Nequaquam*.

88. Dum per oculum tumentem apud semetipsum quis extollitur, ejus qui donum tribuit, gratia privatur. Lib. 7, in *Registro*, indiet. 2, cap. 126, ep. 126, ad *Recharedum regem Visigothorum*.

89. Necessae est ut de dono coelesti, et timendo gaudeas, et gaudento pertimescas. *Ibid.*, lib. 9, indiet. 4, cap. 58, epist. 58, ad *Augustin. episcop. Angelorum*.

90. Qui accepta dona sibi arrogat, suis contra Deum donis pugnat. Lib. 9, *Moral.*, cap. 2.

91. Dignum profecto est, ut a Dei beneficiis sit extraneus, cujus nimirum jussionibus non vult esse subjectus. *Ibid.*, lib. 10, cap. 11.

92. Pensandum est quanti est periculi transacta munera cernere, et futura desperare. *Ibid.*, lib. 26, cap. 10.

93. Dona ad perfectionem plenam non perveniunt, nisi fide, spe, et charitate fiat omne quod agitur. *Ibid.*, lib. 1, cap. 13.

94. Plerumque mali eo magis contra Deum superbiunt, quo ab ejus largitate, et citra meritum ditantur. *Pros.*

95. Et qui provocari donis ad meliora debuerant, donis peiores fiunt. *Ibid.*, lib. 41, cap. 2.

96. Quibus Deus majora bona praestat, plerumque contingit ut quaedam minora non tribuat, ut semper eorum animus habeat unde se ipse reprehendat. *Prose.*

97. Quatenus dum appetunt perfecti esse, nec possunt, et laborant in hoc quod non acceperunt, nec tamen elaborando prevalent, in his quae accepta habent se minime extollant.

98. Sed discant quia ex semetipsis majora bona non habent, qui in semetipsis vincere parva vitia non possunt.

99. Quia nonnunquam eis etiam, quibus magna dona tribuit, parva quaedam reprehensibilia relinquit: ut semper habeant contra quod bellum gerant, et mentem non erigant. Lib. 3, *Dialog.*, cap. 14, *Magna*.

100. Cum arguentur dona, rationes etiam crescunt donorum. *Prose.*

101. Tanto ergo humilior, atque ad servandum Deo promptior quisque debet esse ex munere, quanto se obligatorem conspiciat in reddenda ratione. Homil. 9, sup. *Evang.*

102. Imperium Dei, beneficium est. Ep. 14, ad *Celaniam*.

S. BIERONYA.

103. Avarus sum ad accipienda beneficia Dei, nec ille deficit in dando, nec ego satior in accipiendo; quanto libero, tanto plus sitio. Ep. 23, ad *Cleiphontem*.

104. Qui non senserit Deum per beneficia, sentiet per supplicia. In *Regula monachor.*, cap. 19.

105. Magnitudo coelestium beneficiorum, angustias humanae mentis excedit. Hom. *de Corpore et sang. Christi*.

106. Qui per beneficia non senserunt Deum, sentient per tormenta. Lib. 1, in *Hierem.*, cap. 2.

107. Talem conditor suus abominatur ut reum, quem suis beneficiis contemplantur ingratum. Lib. 2, sup. *Prov.*, cap. 16, in illud: *Abominatio est Domini, etc.*

108. Magnitudo beneficiorum Dei existit in se magnitudinem charitatis, quae perfecta confidit, et timere non novit. Sup. *Ep. ad Rom.*, cap. 5, in illud: *Charitas Dei diffusa est.*

109. Immensa beneficia, immensis laudibus sunt celebranda. Sup. *Ep. ad Ephes.*, cap. 3.

110. Si dona Dei accipis, quare vicissitudinem dilectionis non rependis? aut dona illius, si potes, respue; vel si dona illius respuere non potes, vicissitudinem dilectionis repende. In *Soliloq. de Artha anima*.

111. Si sentis beneficium, redde debitum; accipis benignitatem, redde charitatem; hoc tribuit, et exigit Deus. Lib. 2, *de Arca Noe, in Mor.*, cap. 4.

112. Beneficia Dei ex fornace procedunt, quae calefaciunt cor, et inflammant ad dilectionem. Sup. *Prov.*, cap. 25.

113. Quidquid boni habemus, a te habemus; et ultra multa dona, te ipsum nobis dedisti. *De Contempl. amoris divini*, cap. 2.

114. Magna vere, atque mirifica sunt, nec ulli hominum penitus, nisi his tantum (qui experti sunt) Nota, quae Dominus fidelibus suis adhuc in ipso corruptionis vasculo constitutus, ineffabili largitur liberalitate. In collat. 12, *Abbat Chere-monis*, cap. 12.

115. Beneficia Dei, non solum communia, sed et privatim collata, singulis horis consideranda sunt. *Prose.*

116. Consideratio enim beneficiorum Dei, maximum sacrificium, et perfecta oblatio est, et ad Deum materia fiducia. Hom. 19, sup. *Genes.*

117. Deus beneficia beneficiis cumulat, et divitias bonitatis suae ita omni honore circumdat, ut eas homini praestet. *Ibid.* Hom. 14.

118. Qui beneficia Dei secum recogitat, tanti studii et gratitudinis est, ut et alia consequenter mereatur. *Ibid.* Homil. 15.

119. Diabolus, qui odio et invidia movetur,

ferre non potest tot ineffabilia beneficia hominibus collata. *Ibid.* Hom. 19.

120. Poenae et supplicia, beneficia sunt, et Dei erga hominem providentia. *Ibid.* Hom. 26.

121. Beneficiorum Dei memoria, idonea est magistra ad vitam virtute praeditam. *Ibid.*

122. Quando Deus aliquem videt, qui gratius est de prioribus beneficiis, largius, et cumulatus sua dona in illum profundit. *Ibid.* Homil. 27.

123. Nunquam obliviscamur Dei beneficia in nos collata. *Ibid.*

124. Quemadmodum maris fluctus enumerari nunquam possunt; ita neque beneficiorum Dei varietas humanae naturae collata. *Ibid.*

125. Dona excellentia sunt, et beneficia illius omnem cogitationem transcendunt. *Ibid.*

126. Memoria beneficiorum Dei sufficiens est ad virtutum labores. *Ibid.*

127. Communis omnium Dominus prius beneficia, et multitudinem beneficiorum hominibus naturam ad se allicit, ut beneficiis prioribus excitati ad mandata implenda homines inducantur. *Ibid.*

128. Beneficiorum Dei animalia etiam partem habent, quae homini concessa sunt. *Ibid.*, Homil. 28, *Gen. 9: Et omni animae viventi cibicum.*

129. Cordatos beneficia magis quam poenae alliciunt ad mandatorum obedientiam. *Ibid.*

130. Deus non solum benefacere vult, et dona sua dare; sed solitus est sua beneficia accepturos facere clariore. *Ibid.*, Hom. 38.

131. Deus beneficus et munificus est, qui parvis laboribus magna reddit praemia. *Ibid.*, Homil. 40.

132. Talis est Dominus, ut si quando viderit homines in prioribus gratos, accumulata beneficia; et nunquam a sua beneficentia desistat remunerans eorum gratitudinem. *Ibid.*, Hom. 41, sup. illud *Gen. 48: Apparuit ei Deus.*

133. Dei mos est dare magna pro parvis, et magna saepe attenuat, quando non hilari promptitudine insuntur. *Ibid.*, Homil. 42.

134. Cum innumeris beneficiis quotidie Deus nos prosequatur, sive ea sciamus, sive ignoremus; sive velimus, sive nolimus; nihil tamen aliud a nobis exigit, quam habere gratias pro his, quae nobis facta sunt; ut pro illa ipsa gratiarum actione, ad ampliora danda provocetur. *Ibid.*, Homil. 32.

135. Beneficia a Deo praestita, nec modum possunt habere, nec numerum, nec terminum. *Serm. 2, de Sejunctis.*

136. Immensitas beneficiorum Dei, superat cogitationes sensuum; et innumera multitudo donorum, vincit volubilitatem verborum. *Ibid.*

137. Si totum vitae tempus oris obsequia occu-

pent laudes teneant, gratiarum actiones insistant, non poteris pensare quod debes. *Ibid.*

138. Quidquid gesseris, parum est; quiddam feceris, minus; omne enim meritum breve est comparatione donorum. *Prose.*

139. Numerata beneficia si potes, et tunc considerat quid mereris.

140. Cum divinis muneribus actus propriis meditare, nec dignum te judicabis eo quo frueris, si intelligas quid mereris.

141. De beneficiis innumeris divina in te pietate collatis, elige quod liberit unum, hinc tuum compensari totum non poterit meritum. *Ibid.*

142. Tanta est erga omnes bonitas Dei, ut nostra velit esse merita, qua sunt ipsius dona, et pro his quae largitus est, aeterna praemia sit daturus. Hom. *de Adam et Eva*.

143. Magna felicitas hominis, si beneficiis responderit Creatoris. *Serm. de Moyses.*

144. Cessant beneficia, ubi mala non cessaverunt facta. *Ibid.*

145. Tunc tribuitur quod optatur, si bonos actus morum probitas comitentur. *Ibid.*

146. Sanctorum animae Deo magis letantur anchora munerum, quam ipsis muneribus; non enim propter dona ipsius sed dona propter illum diligunt. Hom. 5, *de fide Arnae*.

147. Qui Deum habet faventem, omnibus est potentior. Hom. 3, *de David et Saul*.

148. Deus liberalitatem suam differt, non quia praestare nolit, sed quia hominis illum delectat exactio. Homil. 23, sup. *Matth.*

149. Quid Dei liberalitati aequale nunquam inveniri potest? Ipse est Pater, ipse frater, ipse Dominus, ipse sponsus, ipse nutritor, ipse vestis, ipse radix, ipse fundamentum, ipse amicus, membrum, caput, soror, mater, universa ipse tibi est; quiddam volueris, ipse est, dummodo illi, ut de-ces, officiaris. *Ibid.* Homil. 77.

150. Quanto majora beneficia hominibus sunt constituta, tanto graviora peccantibus judicium sunt. Homil. 2, *Oper. imperf. sup. Matth.*

151. Qui parvis acceptis beneficiis, parva retulerit, nulla dignus est reprehensione; qui vero in aliquod honoris culmen assumptus est, si vilia minimaque rependit, magnum meretur supplicium. Hom. 13, sup. *Joan.*

152. Benignitas Christi beneficiis provocat, ut officia eliciat. Hom. 1, in dictum Joan. 13.

153. Donum non est accipientis meritum, sed largitoris liberalitatis gratificatio. S. 1, *de Verb. Apost. II Cor. 4: Habentes autem eundem spiritum.*

154. Beneficia Dei communia sunt et tu in hac communitate servatus es. Hom. 2, sup. *Epist. II, ad Cor. Moral.*

RUGO A S.
VICIORE.

RUGO GARD.

BLOTIA.

JOAN. CLAS.

S. JOANNES
CHRYSOSTOM.

- 10. Quia sine benevolentia usus hominum esse non potest: sicut peregrinanti monstrare viam, revocare errantem, debere hospitium. *Ibid.*
- 11. Non mediocris virtus est benevolentia, in omnibus est tanquam fons aquae reficiens sitientem; tanquam lumen quod etiam in aliis luceat, nec illis desit, qui de suo lumine aliis lumen accenderint. *Ibid.*
- 12. Angetur benevolentia cœtu Ecclesie, fidei consortio, inhiandi societate, percipienda gratia necessitudine, mysteriorum communiione. *Ibid.*, cap. 33.
- 13. Habet in se benevolentia fortitudinem: nam cum amicitia ex benevolentia fonte procedat, non dubitat pro amico gravia vitæ sustinere pericula. *Ibid.*
- 14. Benevolentia etiam gladium iracundiæ extorquere consuevit. *Ibid.*, cap. 34.
- 15. Benevolentia facit ut amici vulnera utilia magis, quam voluntaria inimici oscula sint. *Ibid.*
- 16. Tantum valet benevolentia, ut plerumque pignora vincat nature. *Ibid.*
- 17. Plurimum jurat benevolentia, quæ omnes studet beneficiis amplecti, devincere officiis, oppignorare gratia. *Ibid.*, lib. 2, cap. 19.
- 18. Nullus citius est benevolentia dulcior. Lib. 1, de *Pœnitent.*, cap. 15.
- 19. Benevolentia ex amicitia tolli non potest, quia sublata benevolentia tollitur amicitia. Part. 4, tit. 5, de *Justit.*, cap. 20.
- 20. Occurrit benevolentia, ut non rogatus videaris patrare, quod petitur. de *Amicitia*, cap. 25.
- 21. Minus magnum est erga eum esse benevolum, qui tibi mali nihil fecerit. *Pros.*
- 22. Illud multo grandius, et magnificentissimas bonitatis, ac benevolentie est, ut ei qui tibi nihil vult, et si potest, facit, in bonum semper velis, faciasque cum possis. In *Enchirid.*, cap. 73.
- 23. Sicut in benevolentia, bona voluntas; sic in malevolentia, mala voluntas est. Lib. 4, contra *Donatistas*, cap. 7.
- 24. Sola benevolentia sufficit amanti. Tract. 8, sup. *Ep. Joan.*
- 25. Agendum in primis est, ut benevoli simus, id est, ut nulla malitia, nullo dolo malo adversus hominem utamur. De *Morib. Eccles.*, cap. 26.
- 26. Absque prudentia et benevolentia, non sunt perfecta consilia. Ep. 42, ad *Henric. Senoniens. archiepisc.*
- 27. Benevolentia creatur de benevolentia dantis in animo accipientis. Ep. 181, ad *Haymeric. cancell.*
- 28. Benevolus nil sibi charius ipsa æstimat benevolentia, qua et benevolus nominatur, et bene-

s. ANTONIN.
s. AUGUSTIN.
s. BERNARD.

- ficus; benevolentia enim, fructus est beneficii. *Ibid.*
- 29. Major sit benevolentia, quam quod datur: quoniam tale erit opus, qualis fuerit intentio. De *Inter. domo*, cap. 45.
- 30. Non est misericordia, ubi non est benevolentia. *Ibid.*, cap. 45.
- 31. Perfecta benevolentia, non tantum debet se extendere ad amicos, verum etiam ad adversarios. Super *Lucam*, cap. 6, sup. illud: *Si diligitis eos.*
- 32. Benevolentia neminem lædit, nulli injuriam facit; nulli maledicit; sed a converso benedicit, et servit. Serm. 2, de *S. Marco.*
- 33. In benevolentia servi, cognoscitur benevolentia domini. *Ibid.*
- 34. Benevolus sis omnibus, bonis et malis, et nulli onerosus. In *Alphab. religiosor.*
- 35. Quem tenebat invidia, teneat benevolentia. Homil. 23.
- 36. Auxilio vincitur benevolentia. Lib. 2, *Stromatum.*
- 37. Pax inter se invicem, et benevolentia res est longe optima. *Ibid.*
- 38. Homo benevolus, est domicilius charitatis. Epist. 5 ad *Egyptios.*
- 39. Maximum securitatis pignus est benevolentia. Homil. 2, de *David et Saul.*
- 40. Qui sane mentis est, benevolentiam Dei pluris æstimat, quam ullum regnum. Hom. 5, de *Fide Anas.*
- 41. Possibile est, ut benevolentior sis alteri, quam tibi? Hom. 16, *Oper. imperf.* sup. *Math.*
- 42. Qui alienam in se benevolentiam mutuo amore compensat, vicem rependit. In Serm. *Diligimus omnes.*
- 43. Mundana benevolentia in his, quos adjuvat, habet finem; Christiana vero benevolentia, in suum transit auctorem. Serm. 7, *Quadrag.*
- 44. Benevolentiam Christianam difficultas temporalis non impedit. Serm. 1, de *Jejunio decimi mensis.*
- 45. Benevolentia calcat invidiam. Serm. 8, de *Jejunio septimi mensis.*
- 46. Radix omnium bonorum, est benevolentia Dei. Sup. *Psalm.*, v, vers. 14.
- 47. Virum bonum charitate et benevolentia septimum oportet esse, non armis. Lib. 1, de *Gubernat. Dei.*
- 48. Benevolentia principium amicitie est; nec fieri potest, ut inter se sint ulli amici, nisi ante fuerint inter se benevoli. Lib. de *Moribus*, cap. 5.
- 49. Sicut aurum igne, si benevolentia fide percipitur. Lib. 9, Ep. 16, ad *Papirium.*
- 50. Malus est custos diuturnitatis, metus; con-

BOVAVER.
PLATO.
SIXTUS PHIL.
HUGO A SANC-
TO VICTORE.
CLEM. ALEX.
S. FELIX.
S. JOHANNES
CHRYSOSTOM.
S. LEO I. P.
ROBERTO
BELLERMO
SALVIANO
ARISTOTELI.
CICERO.

- traque benevolentia, fidelis est ad perpetuitatem. Lib. 2, de *Offic.*
- 51. Si exemeris ex rerum natura benevolentie conjunctionem, nec domus ulla, nec urbs stare poterit. De *Amicitia.*
- 52. Ad res bene agendas necessarium est hominum benevolentiam officis et comitate demereri. Epist. 4, ad *Dionem Syracusanum.*
- 53. Si benignus sis erga indigentes, magnus eris apud Deum. Serm. 45.
- Vide etiam tit. *Liberalitas in genere*, sent. 20; *Misericordia in genere*, sent. 96; *Opus*, sent. 25; *Parentes*, sent. 108.
- BENIGNITAS.
Vide *Manusuetudo.*
- BLANDITIES.
Definitio. Blanditiæ sunt, cum quadam dulcedine vitiosorum delectaminum sensuais extrinsecus facta exhibito. De *fructu carnis et spiritus*, cap. 40.
- SENTENTIE PATRUM.
1. Blanditiæ lascivientium amari volunt. Lib. 2, *Conf.*, cap. 6.
2. Nihil esse sentio, quod magis ex arce deiciat animum virilem, quam blandimenta feminea. Lib. 1, *Solitudo*, cap. 10.
3. De homine, quem falsæ blanditiæ faciunt arrogantem, recte vulgo dicitur, crevit caput. Epist. 147, ad *Proculianum.*
4. Hostis servit, laudans blanditur, uterque malus; ille iracundus est, et iste in laude subdolo. *Prosec.*
5. Ille reprehensor est, iste laudator; sed et ille in reprehensione inimicus est, et iste in laude subdolo; cave utrumque. Sup. *Psalm.* LXXXIII, vers. 20: *Convertantur retrorsum.*
6. Melius est erudiri in virga Patris, quam in blandimento perire prædonis. Sup. *Psalm.* LXXXVIII, vers. 34: *Neque profano.*
7. Amat Deus semper, sive blandiatur, sive minetur. Sup. *Psalm.* LXXXI.
8. Cum ceperit homo ascendere, in ipso exordio ascensionis linguas dolosas patitur, blandas ad perniciem, blandas ad malam suggestionem; dicentes, quid facis? quare hoc facis? servire aliter Deo non potes? *Prosec.*
9. Sic blanditur lingua dolosa; si perseveraveris, vincitur lingua dolosa, et blandiens incipit esse aperte sæviens; et quæ blandiebatur ut seduceret, minatur ut terreat. Sup. *Psalm.* CXXIII, in *Expos.*, vers. 2: *Cum trasceretur furor eorum.*

- 10. Seductor, ut vendat, cum amaritudine blanditur: Pater, ut corrigat, sine felle castigat. Sup. *Ep. Joann.* tract. 7, de cap. 4.
- 11. Blanditur superbia, savit amor. *Ibid.*, tract. 8.
- 12. Ecce odium blanditur, charitas litigat; noli attendere verba blandientis; venam inspicere, radicem unde procedat, quare; ille blanditur ut decipiat, iste litigat ut corrigat. *Ibid.*, tract. 10, de cap. 5.
- 13. Quandiu blanditur iniquitas, dulcis est iniquitas, et amara est veritas. Ser. 4, de *Verbis Apos.*
- 14. Blanda allocutio, venie est postulatio. De *Quinquagesimæ Homilias.*
- 15. Quando diabolus blanditur, tunc magis cavendus est. Tract. 10, super *Evang. Joan.*, cap. 2.
- 16. Melius est, cum clamare ore, et dimittis in corde; quam blandus ore, crudelis in corde. Ser. 15, de *Verb. Domini.*
- 17. Spirituales nec dura frangunt, carnales etiam blanda corrumunt. Serm. 2, *Quinquag.*
- 18. Lenocinia blandientium sunt venenata. V. BEDA.
- 19. Inter amicos contra veritatem, nulla debet esse metuculosa palpatio. Ep. 33, ad *Magistrum Hugonem.*
- 20. Sæpe quos flamma non terruit, quos ferorum non subdidit, necessitudinum blandimenta flexerunt. Sup. *Psalm.* CXVIII, vers. *Iniquos odio habui.*
- 21. Malorum blandientium virus occultum est. *Prosec.*
- 22. Arridentis nequitie facies quidem læta, sed calamitatis abstrusæ illicebrosa fallacia. Ep. 2, ad *Donatum*, cap. 8.
- 23. Qui peccantem blandimentis palpat, peccandi fomitem subministrat. De *lapsis*, cap. 7.
- 24. Qualis est hostis sæviens, talis est blandiens. Sup., *Job*, cap. 3.
- 25. Qui blandiuntur, occulte immittunt venenum. Super *Apocal.*, cap. 8, in illud: *Similes serpentibus.*
- 26. Aliorum vitia palpare nullus debet. Part. 1, distinct. 83. *Can. Consentire*; § *Sicut.*
- 27. Dum sibi mens ex necessitate blanditur, ex voluptate decipitur. Lib. 30, *Moral.*, cap. 14.
- 28. Qui a blandiente modo hoste non vinceris, hunc sevientem postmodum non timebis. *Ibid.*, lib. 6, cap. 16.
- 29. Blandimenta venenatis verborum sagittis animas inficiunt. Lib. 10, in *Regist.* ind. 5, cap. 38, ad *Firminum, episc.*
- 30. Blandimenta hæreticorum non ex pietate, sed ex crudelitate procedunt. In *Threnos.*

s. BERNARD.
CASSIODOR.
s. CYPRIAN.
GLOSS. INT.
GLOSS. ORD.
GRATIANS
IN DECRETIS.
s. GREGOR.
MAGNUS.
HUGO A S.
VICTORE.

- HUGO CARD. 31. Diabolus plures decipit blanditiis, quam terroribus. Sup. *Psalm. lxxx.*
- IOANNES CASS. 32. Partium perniciosa blandimenta devitanda sunt. In collat. 23. *Abbat. Abrahæ*, cap. 12.
- S. JOANNES CHERYST. 33. Per Deum severitas vitam, per diabolum blanditio mortem intentat. *Prosecc.*
34. Apud Deum severitas, sed benigna; apud diabolum autem blanditia, sed nociva.
35. Diabolus aut blandimento persuadet, ut noceat; aut crudelitate deterret, ut perdat. In *Ser. de Genesi et interdicione arboris.*
36. Blandiri ut noceat, diaboli est; blandiri ut prosit, doctoris. Homil. 13, sup. *Math.*
- S. PETRUS MAUR. CLUN. 37. Salubrior est mordens pietas, quam mulcens iniquitas. Lib. 2., ep. 9, ad *Innocent. Papam.*
- S. PROSPER. 38. Deus blanditur, et minatur; si non blandiretur, nulla esset exhortatio; si non minaretur, nulla esset correctio. Sent. 70.
- SALVIANUS. 39. Solent etiam nequissimos, quos supplicia non correxerunt, blandimenta corrigere. Lib. 6, de *Gubern. Dei.*
- S. VALERIAN. 40. Inextricabile profecto malum est, dolosa consilia miscere blanditiis. Hom. 5. de *Oris insolent.*
- IN VITIS PATR. 41. Huius mundi blandimenta fallacissima cum gaudio temporali veniunt, et cum perpetuo dolore discedunt.
- Faciunt momentaneum risum, ut æternum fletum infligant.
- Tribuunt fugitivos flores, ut macidiore perseverantes avertant.
- Mentuntur securitatem transeuntis temporis, ut perpetui sæculi cruciatibus tradant. Lib. 1, de *Via S. Eugenii*, cap. 23.

SENTENTIE PAGANORUM.

- SENECA. 42. Non acerba, sed blanda timeas verba. De *quatuor virtut.*
43. Habet suum venenum blanda oratio. In *Proverb.*
- Vide etiam tit. *Meretricium*, sent. 63; *Mortificatio*, sent. 17, *Nundus*, sent. 10, 28, 34, 35, 36, 118.

BLASPHEMIA.

- S. ANTONIN. *Definitio.* Blasphemia est attribuere Deo, quod ei non convenit; vel removere ab eo, quod congruit. Part. 1, titul. 2, cap. 4.
- S. AUGUSTIN. Blasphemia est cum aliqua mala dicuntur de bonis; itaque jam vulgo blasphemia non accipitur nisi mala verba de Deo dicere; de hominibus namque dubitari potest, Deus vero sine controversia bonus est. De *Moribus manichæorum*, cap. 11.

- Blasphemia est per quam de Deo ipso falsa dicuntur; et ideo pejus est blasphemare, quam pejerare. *Prosecc.*
- Quoniam pejerando, falsæ rei testis adhibetur Deus; blasphemando autem, de ipso falsa dicuntur Deo.
- Tanto est quisque inexcusabilior sive perjurus, sive blasphemus, quanto magis ea quæ pejerando, vel blasphemando asserunt, falsa noverunt esse, vel credunt. *Contra mendacium ad Consentium*, cap. 19.
- Blasphemia est cum quadam probrosa irreligiositate conviciosorum, jaculata in alium maledictio. De *fructu carnis et spiritus*, cap. 6.
- Blasphemia est divini, vel humani nominis diminutio, jurando vel exprobrando facta. *Ibid.*
- Blasphemare est Deo injuriam irrogare; quod fit cum Deo attribuitur, quod ei non convenit; et cum homo sibi, quod Dei est proprium tribuit; et cum a Deo removeretur, quod ei convenit. Sup. *Math.*, cap. 9.
- Quid est blasphemia, nisi vituperatio divina? De *Spiritu blasphemia.*
- Blasphemia est per quam homo corde vel ore Deo tribuit, quæ ei non conveniunt; vel negat, quæ ei conveniunt. 2, 2. quæst., 13, art. 4.
- Differentia.* Si pessima est blasphemia, nescio si in quo sit melior Sodomia; illa enim facit hominem errare, illa perire. *Pros.*
- Illa a Deo animam dividit, diabolo ista conjungit; illa de paradiso ejicit, ista in tartarum mergit. *Opusc.* 7, cap. 25.
- Origo.* Blasphemia proprie est superbia germen; nonnunquam etiam ex iudicando in eadem re proximum, sive etiam ex improba demonum invidia nascitur. *Gradu* 26.

SENTENTIE PATRUM.

1. Paganæ et Judæi blasphematores Dei potius dicendi sunt, quam laudatores. Sup. *Apoc.*, cap. 5.
2. Blasphemia, mors est. In *Medit.*
3. Qui declinat a bono proposito, et post votum tentat ad vomitum, hic ore blasphemus, et lingua malleo contundit Christum. Serm. in *Die Parasceves.*
4. Nabuchodonosor Rex divino correctus miraculo, piam et laudabilem legem pro veritate constituit; ut quicumque diceret blasphemiam in Deum verum Sidrach, Misach et Abdago, cum domo sua penitus interiret. Ep. 50, ad *Bonifac.*
5. Reus erit non parvi pretii, sed sanguinis Christi qui violat et maculat animam, Christi sanguine et passione mundatam, ut blasphemus. Serm. 1. *fer. 3 post Dom. Palmæ.*

6. Blasphemus animam capitaliter occidit. *Ibid.*
7. Homines ipsum Deum, et Dominum eorum quotidie blasphemare non cessant; cum eis displicet quidquid contra eorum voluntatem justo et occulto iudicio facit. Epist. 136, ad *Felicem et Hilarium, episcopos.*
8. Tanto est quisque inexcusabilior blasphemus, quanto magis ea, quæ blasphemando asserit, falsa novit esse, vel credit. *Contra mendac.*
9. Flagellatus est Christus flagellis Judæorum, flagellatur blasphemus falsorum Christianorum. Tract. 10 super *Evangel. Joann.* de capite 2. sup. illud: *Congregata sunt in me flagella.*
40. Laudas Deum, quando tibi bene est; blasphemias, quando tibi male est. *Prosecc.*
41. Quod quidem male, si justum, non est male; justum est autem, quoniam ab illo fit, qui injuste facere nihil potest. Sup. *Psalm. xxxii*, vers. 4: *Rectos decet collaudatio.*
42. Otiosum verbum in scriptura esse dicere, blasphemia ingens est. Hom. 10. *Hexam.*
43. Qui peccat, legem quidem violat; sed qui blasphemat adversus ipsum divinum numen, impietatem admittit. Apud *D. Joan. Damasc.* lib. 1. *Parall.*, cap. 59.
44. Bonum silentium est a blasphemia. *Serm. de Nativit. B. M.*
45. Levæ commissa non curare corrigere, hæc est blasphemia in Spiritum sanctum; blasphemia autem irremissibilis est. Serm. 1. *Convers. S. Pauli.*
46. Quot blasphemias homines faciunt, tot lapides in Deum mittunt. Serr. 4. *Dom. Passionis.* sup. illud: *Tulerunt lapides.*
47. Non ita blasphematur Deus a gentili existente inquinato, sicut a Christiano corrupto. Lib. 3. *Pharetra*, cap. 3. § de *Blasphemia.*
48. Blasphemiam ingerit religioni quam colit, qui quod profleatur non impleverit. De *singularit. Cleric.*, cap. 5.
49. Nihil horribilius blasphemia, quæ ponit in celum os suum. Sup. *Isaiam*, cap. 18.
20. Obstinati nonnunquam deteriores existunt ex verberare; et quod pejus est, in blasphemiam etiam exasperationem prosiliunt. Lib. 26. *Moral.*, cap. 21.
21. Frustra blasphemia ab exterioribus tollitur, si in interioribus vitiorum mater malitia dominatur. In *Pastoral.* part. 3, cap. 1, admonit. 10. sup. illud. *Ephes. 4: Omnis blasphemia auferatur.*
22. Qui Deum blasphemare non metuit, non solum lingue habebit iudicem, sed et cordis. Lib. 1. in *1. Reg.*, cap. 2.
23. Qui Deum cre dere contemnit, auctacter blasphemare non metuit. *Ibid.*
24. Qui profundius, vel altius de Deo disputare presumat, pro eo quod gloriosius quid vult ostendere, in blasphemiam cadit. Lib. 2. sup. *Levit.*, cap. 4.
25. Simultas reintegrari potest, blasphemiam veniam non meretur. Ep. 21, ad *Pammach. et Marcellin.* lib. 1.
26. Non necesse habet convinci, quod sua statim professione blasphemum est. Ep. 23. ad *Clesiphontem.*
27. Meam injuriam patienter tuli, impietatem contra Deum ferre non potui. Ep. 33, *adversus Vigilant.*
28. Nihil horribilius blasphemia; omne quippe peccatum blasphemie comparatum, levius est. Lib. 7, sup. *Isaiam*, cap. 18.
29. Hæretici sub nomine Christi, Christum blasphemant. In princip. *Proæmii in Job.*
30. Blasphemia non solum aperta est, et de ira nascitur; sed et absque ira, sedata mente profertur. Lib. 3. sup. *Epist. ad Ephes.*, cap. 4. in illud: *Omnis blasphemia auferatur.*
31. Sunt quidam qui Deum laudant et magnificent in prosperitate, sed blasphemant in adversitate. Super *Psalm. lxx.*
32. Blasphemat qui quod Dei est usurpat. Sup. *Luc.* cap. 5.
33. Blasphemant Deum, qui asserunt de Deo quod non est in eo, vel auferunt quod in eo est: curiosi in explorando quæ attingere non possunt, et presumptiosi in affirmando quod nesciunt. Sup. *Ep. 1, ad Tim.*, cap. 6.
34. Nihil pejus, nihil infelicius, nihil scelestius, nec quidquam magis impium adversus Deum quam blasphemia. Hom. Sup. *Psalm. xcv.*
35. Non par est ut qui Deum adorat, simul puniatur cum eo, qui cum afflicto blasphemia. *Ibid.*
36. Sicut qui recte vivunt, Deum glorificant: ita qui prave, proclives sunt ad blasphemiam. Hom. 56, sup. *Joan.*
37. Non ita blasphematur Deus ad impio Gentili, sicut a Christiano. *Ibid.* Hom. 66.
38. Rationibus divina velle discutere blasphemiam est. Hom. 3, sup. 1, ad *Timoth.*
39. Nihil pejus est blasphemia, quæ ingruentem jacturam intendit iis, qui blasphemare solent, et illos insuper perire facit. Hom. 1, ad *Popul. Antioch.*
40. Si quempiam in bivio et foro Deum blasphemantem audieris, accede, increpa; et si verbera infligere oportet, ne recuses; ipsius faciem alapa percutere, contemere os ipsius, percussione manuum tuam sanctifica. *Prosecc.*

44. Et si ulli accusaverint, et si in carcerem traxerint, sequere; et si pœnas Index pro tribunali reposcerit, die cum libertate quod Angelorum Regem blasphemavit. *Ibid.*
42. Asinus est blasphemus, animi pondus non ferens, cecidit; accede, excita, et per verba, et per facta, et per lenitatem, et vehementiam varia sit medicina. *Ibid.*
43. Blasphemantium furorem non punire, magnum civitati malum parit. *Ibid.*
44. Nihil ita exacerbat Deum, sicut quando nomen ejus blasphematur. *Serm. contra Conventinarios.*
45. Qui turpiter blasphemisululat contra Deum lupus est. *Hom. 19, sup. Math. sup. illud 7: Ex fructibus eorum cognoscetis eos.*
46. Magna blasphemie vesania est. *Hom. 3, sup. 1, ad Tim.*
- LUDOVICUS BLOSIUS. 47. Qui de misericordia desperat, in Spiritum sanctum blasphemus est. In *Canone vite spiritualis*, cap. 2.
- S. MAXIMUS MART. 48. Gravier aliquis et enormiter blasphemavit? ne blasphemantem odio habes, sed ipsam blasphemiam, et demonem illius auctorem blasphemie. *Centuria 4, de Charitate*, cap. 83.
- S. NILUS ABB. MART. 49. Ve blasphemio; nam lingua ligabitur; et quomodo Judici respondere poterit? *Parænesi 217.*
- ORIGENES. 50. Nihil quidquam est sceleratius ac ne quibus, illicitius quoque ac impudentius Dei blasphemia. *Lib. 2, in Job.*
- PETR. BLES. 51. Qui inter flagella Dei blasphemant, pœnis presentibus penas gehennales accumulunt. *De Charitate*, cap. 30.
- RICHARD. A S. VICTORE. 52. Malignitas blasphemie, præ cæteris blasphemis est pessima. *De spiritu blasphemie.*
- SALVIANUS. 53. Nullum penitus majoris placuli crimen est, quam blasphemandi causam gentibus dare. *Pros.*
54. Quicunque enim sine blasphemia aliorum graviter erraverit, sibi tantum affert damnationem; qui autem alios blasphemare fecerit, multos secum præcipitat in mortem. *Lib. 5, de Gubern. Dei.*
- S. THEODOR. 55. Sacrosanctum Domini Dei nomen sacrilegorum hominum maledictione violatur. *Ibid.*
56. Merito hisce de blasphemia legibus homicidii legem Dominus aptavit; quia blasphemator creatorem cum interficere non possit, lingua ferit. *Sup. Levitic. quest. 33 in illud: Qui nominaverit nomen Domini, morte moriatur.*

SENTENTIE PAGANORUM.

- PLATO. 57. Si quis impie quiddam dicit contra Deum, Iudices adversus eum pro singulis dictis impie perpetratis totidem pœnas sanciant. *Lib. 10, de Legibus.*

58. Impius in Deum maledicus, et infestus, et contumeliosus est. *Sent. 77.*
59. Mortui sunt apud Deum, per quos nomen Dei maledicuntur. *Ibid., sent. 165.*
- Vide etiam titul. *Laus Dei*, sent. 24, 25, 26; *Murmur*, sent. 43, 44; *Negotiatio*, sent. 8.

BONTAS.

- Definitio.* Bonus plane est qui spiritu alacer, charitate fervens, et pietate devotus est. *Serm. 54, sup. Cant.*
- Bonitas est virtus, quæ prodest; sive virtus ex qua oritur utilitas; aut virtus propter semetipsam, aut affectus qui fons sit utilitatum. *Lib. 3, sup. Ep. ad Galat. cap. 5, in illud: Fructus spiritus.*
- Bonus est, cujus ratio explicita et recta est, et ad naturæ suæ voluntatem accommodata. *Ep. 76, Divisio.* Sex partes sunt bonitatis, quæ perficiunt vitam justæ: scilicet cogitare bonum, loqui bonum, velle bonum, operari bonum, perseverare in bono, congratulari bonis. *Sup. 3, Reg. cap. 10, Productio.* Bonitas virtutum mater, malitia origo vitiorum. *Serm. 31.*

SENTENTIE PATRUM.

1. Eo diligentior ad studium bonitatis quilibet efficitur, quo fructus uberior inde provenire probatur. *De similitud.*, cap. 43.
2. Quisquis bonus studuerit esse, in bonorum amicitiam transit. *Ibid.*
3. Tria sunt necessaria volenti effici bonus; scilicet scientia, voluntas et usus. *Ibid.*, cap. 52.
4. In quantum homo recte agit, et pie bonum operatur, in tantum bonus est: in quantum autem peccat, et a veritate deviat, in tantum malus est. *Ep. 54, ad Macedonium.*
5. Melior homo est, qui voluntate, quam qui necessitate bonus est. *De xxxiii Quest.*
6. Nullo modo fit minor accedente seu permanente consorte possessio bonitatis; imo possessio bonitatis tanto fit latior, quanto concordior eam individua sociorum possidet charitas. *Lib. 13, de Civit. Dei*, cap. 5.
7. Bonitas facit amabilem disciplinam, et disciplina efficit inculpabilem bonitatem. *De quinquagenis Homiliis*, Hom. 4.
8. Bonitas sine disciplina, delictorum mater est; et disciplina sine bonitate, tristic quedam amaritudo vivendi est. *Ibid.*
9. Bonitas malitiam vincit. *Ibid.*
10. Bonitas est temperamentum disciplinæ, et disciplina condimentum est bonitatis. *Ibid.*
11. Bonus nec bonis extollitur, nec malis frangitur. *Lib. 4, de Civit. Dei*, cap. 8.

12. Melior est, qui et bonis simul et malis bonus est, quam qui bonis tantum bonus est. In *Manuali*, cap. 32.
13. Non bonus quispiam est timore pœnæ, sed amore justitiæ. *Epist. 54, ad Macedonium.*
14. Homines boni videntur in hac vita non parva prestare solatia; nam, si paupertas angit, si luctus mortificat, si dolor corporis inquietat, si contristat exilium, si ulla calamitas alia vexat, adsint homines boni plurimum; illa aspera leniuntur, relevantur gravia, superantur adversa; sed ille hoc in eis, et per eos agit, qui spiritus suos bonos fecit. *Ep. 121, ad Probum*, cap. 2.
15. Nemo bonus esse potest invitus. In *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 23, quest. 6, Can. *Vides.*
16. Bonus non est, quem malorum improbitas non probavit. In suis *proverb.* verbo *Bonus.*
17. Bonorum æstimatio, sicut falsis delationibus auferri non potest, ita nec adulatoris favoribus acquiri. *Ep. 122.*
18. Non potest bonus non esse, qui bonis placet. *Epist. 248, ad Eugenium Papam.*
19. Minime pro certo est bonus, qui melior esse non vult. *Ep. 91, ad Abbates SuceSSIONE congregatos.*
20. Et ubi incipis molle fieri melior, ibi etiam desinis esse bonus.
21. Ne te dixeris sanum, dolentem latera; hoc est, ne te dixeris bonum, malis innitentem. *Lib. 4, de Considerat.*
22. Non est bonus, qui bonum facit, sed qui incessabiliter facit. *Serm. 20, ad Sororem.*
23. Vere ille homo est laudabilis, qui in societate malorum est bonus. *Prosec.*
24. Sicut ille est culpandus, qui malus est inter bonos: ita ille laudandus, qui bonus est inter malos. *Ibid., serm. 60.*
25. Bonus te conjunge, bonorum consortium appetit, bonorum societatem requirit. *Prosec.*
26. Si fueris bonorum socius, conversationis eris et virtutis. *Ibid.*
27. Optimus hodie est, qui non est nimis malus. In *Praefat. Vitæ S. Malachie.*
28. Probis animis proprium deus, aliena non decerpit improbitas. *Lib. 4, de Consul. Philos.*
29. Cum ultra homines quemque provehere sola prohibitas possit, necesse est ut quos ab humana conditione deiecit, infra hominis meritum detruat improbitas. *Ibid.*
30. Sæpe illa summa providentia profert insignem miraculum, ut malos mali, et bonos faciant. *Prosec.*
31. Nam, dum iniqua sibi a pessimis quidam perpeti videntur noxiorum odio flagrantés, ad virtutis frugem rediere. *Ibid., lib. 4, prosa 6.*
32. Magna vobis est (si dissimulare non vultis) necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis Iudicis cuncta cernentis. *Ibid., lib. 5, prosa 6.*
33. Tanto quisque bonus æstimandus est, s. BONAVENT quanto plus et purius odit malum. *De sex aliis Seraphim*, cap. 3.
34. Vir bonus nunquam laborat inopia, quantum diu habuerit solum in Deum confessionem. *Lib. 3, Pedagogi*, cap. 7.
35. Solus Deus est natura bonus; homo autem s. DIADOCEUS tem, studio honorum morum efficitur bonus. *De Perfect. spirituali*, cap. 2.
36. Omnis particeps rationis factus est homo, ut esset probus, et non pravus. In libro *contra Manichæos.*
37. Ante omnia, quæ in Deo considerantur, essentialis ejus bonitas incedit. *Apud D. Joan. Damasc.*, lib. 3, *Parall.*, cap. 100.
38. Non magnum est bonum esse inter bonos, et cum bonis bene vivere; sed inter malos innocentiam tuam, virtutemque non deserere, hoc opus, hic labor est. *Sup. cap. 1, Job. in illud: Vir erat in terra Hus.*
39. Boni qui nunc despecti sunt plerumque, in venturo sæculo æternæ felicitatis sunt hereditate ditandi. In principio argumenti, *sup. Psalm. xxxvi.*
40. Bonus non est, qui malos non tolerat. In *Gloss. DECR. Decretis Gratiani.*
41. In bonis nihil debet apparere, quod contractum fuerit ex malorum societate. *Sup. Genes., cap. 35.*
42. Non valde laudabile est bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. *Prosec.*
43. Sicut enim gravioris culpe est inter bonos bonum non esse, ita immensis est præconii bonum etiam inter malos extitisse. *Lib. 1, Moral., cap. 1.*
44. Hi veraciter boni sunt, qui in bonitate persistere etiam inter malos possunt. *Lib. 20, Moral., cap. 29.*
45. Mala reproborum bonos dum cruciant, purgant. *Lib. 20, Moral., cap. 19.*
46. Viva lectio est vita donorum. *Lib. 24, Moral., cap. 6.*
47. Gravis semper est pravus moribus vita bonorum. *Lib. 2, Dialogi*, cap. 3, verbo *Accedente.*
48. Esurientem animum, exempla bonorum pascent. *Ibid., lib. 1, cap. 11, verbo Placet.*
49. Bonus non est, qui malos tolerare recusat. *Hom. 38, sup. Evangel.*
50. In Ecclesia nec mali sine bonis, nec boni sine malis esse possunt. *Ibid.*
51. Probum esse præstat, quam videri. In *Tetr.* et s. GREG. NAZ.

- apud D. Joan. Damasc., lib. 1. *Parall.*, cap. 66.
- S. BIERONYM. 52. Bonus est Deus, et omnia quæ bonus facit, bona sint necesse est. *Epist. 23, ad Paulam.*
- HUGO A S. VICTORE. 53. Magis sunt plangendi, qui a bono deficiunt, quam qui nunquam boni fuerunt. In *Threnos*, sup. illud 2: *Cum deficeret parvulus.*
54. Bonus facit rerum distributio, meliores mundi renuntiatio, optimos autem Religionis cohabitatio. Lib. 1, de *Claustro animæ*, cap. 17.
- HUGO CARD. 55. Bonitas respicit esse, iustitia agere, veritas loqui. *Sup. Ep. ad Ephes.*
- S. JOANNES CHERYSOSTOM. 56. Bonorum vita, detrimentum est pessimorum. *Serm., de Joseph vendito.*
57. Dat Deus temporalia bonis et malis, sed se non dat nisi tantum bonis. *Hom. sup. Psalm. xxxiii.*
58. Christianorum bonitas, malum pro malo non reddit, cum omnibus pacem habet, non se vindicat, pro inimicis orat. *Hom. sup., Psalm. cxviii*, sup. illud: *Bonitatem fecisti.*
59. Christianorum bonitas bonos facit, perfectos constituit cives vite æternæ. *Ibid.*
60. Melius est propter bonos, etiam malos fovere; quam propter malos etiam bonos negligere. *Prosec.*
61. Melius est malis justa præstare, quam bonis justa subtrahere. *Hom. 43, Oper. imperf.*, sup. *Malth.*
62. Non ille est bonus, qui quod malum est reprehendere potest, et bonum laudare; sed qui reprehensus in malo, bono animo suscipit reprehensionem. *Ibid.* *Hom. 43.*
63. Ille vere bonus et justus, et sapiens est, qui sibi ipsi iudex fieri potest. *Ibid.*
64. Rerum natura sic se habet, ut quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioretur, sed ex malo bonus contaminetur. *Hom. 11, de Diversis in Malth.*
65. Qui vult bonus fieri, ei nihil impedimento est, etsi ex pessimorum numero antea fuerit. *Hom. 22, sup. Epist. 1, ad Cor., in Morali.*
66. Nemo bonus, malus esse sudct. *Hom. 1, sup. 1, ad Tim., in Morali.*
- LACT. FIRM. 67. Utinam tam facile esset præstare, quam facile est simulare bonitatem. *Lib. 6, de Vero cultu*, cap. 6.
68. Quid bono viro potest esse tam calamitosum, tanque contrarium, quam ira fræna laxare, quæ illum non solum boni, sed etiam hominis appellatione dispolet? *Ibid.*, cap. 18.
- S. LAURENT. JUSTIN. 69. Bonitatis naturaliter proprium est, se communicare eo amplius, quo perfectior est. *Part. 1, de Casto connubio*, cap. 20.
70. Nemo bonus secure cum malis habitat. *Part. 1, de Triumphali Christi agone*, cap. 6.
71. Non sufficit si bonus est quisque in se, nisi et alios, quantum est in se, bonos faciat. *Serm. 40.*
72. Ubi fieri poterunt boni, qui sunt in bono mali? aut quando bene malis usuri sunt, qui male bonis uti non desinunt? *Lib. 3, de Vita contempl.*, cap. 9.
73. Magnus honorum labor est mores tolerare contrarios, quibus, qui non offenditur, parum proficit. *Sent. 122.*
74. Boni latent, quia bonum ipsorum in occulto est, nec visibile est, nec corporale est quod diligunt; et tam merita eorum sunt in abscondito constituta, quam præmia. *Ibid.*, sent. 201.
75. Nullus honorum inimicum habet, nisi malum, qui ideo esse permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. *Ibid.*, sent. 202.
76. Tanta est raritas honorum ut pene unus videatur. *Lib. 5, de Gubern. Dei.*
77. Virum bonum charitatem, et benevolentiam septum oportet esse, non armis. *Ibid.*
78. Si quis vult esse sapiens, sit bonus; quia nemo vere est sapiens, nisi vere bonus. *Ibid.*, lib. 6.
79. Nunquam homo bonus est, etiamsi bonus esse desideret, nisi Deus habitaverit in ipso. *Lib. 3, num. 128.*
- SENTENTIE PAGANORUM.
80. Non est is vir bonus, qui honestis actionibus non delectatur. *Lib. 1, de Moribus*, cap. 8.
81. Vir bonus, nunquam quidquam mali sponte sua admittet. *Ibid.*, lib. 4, cap. 9.
82. Deterrimus ille habendus est, qui improbitate et in se, et in alios ulitur; optimus autem, non qui secum et sibi, sed qui cum aliis, et erga alios virtutem colit. *Ibid.*, lib. 8, cap. 1.
83. Vir bonus, virtuteque præditus, qua bonus est, actionibus virtuti consensaneis delectatur, offenditurque contrariis. *Ibid.*, lib. 9, cap. 9.
84. Impossibile est prudentem non esse bonum. *6, Ethicor.*
85. Vincit improbos a bonis, fateor esse præclarum. *Orat. 31, pro Plancio.*
86. Quid est melius, aut quid prestantius bonitate? *Lib. 1, de Natura decorum.*
87. Si boni volumus esse, omnia adjumenta et auxilia petamus bene vivendi. *Lib. 4, Tusc. quasi.*
88. Potestne quisque in abundantia honorum, ipse esse bonus? *De Peradoxis*, cap. 2.
89. In hoc unum omni studio tibi, incumbendum est, ne malus, sed potius vir bonus videaris. *De Scientia.*
90. Ipse bonus vir est, qui et alios quoque bonos efficere conatur. *In Dialogo Protagoræ.*

PET. BLEN.

S. PROSPER.

SALVIANUS.

IN VITIS PATI.

ARISTOTEL.

CICERO.

PLATO.

91. Si vir fortis est bonus, etiam peritus est atque itelligens. *In Dialogo Lachetis.*
92. Homo simplex et ingenuus est, qui malit esse revera bonus, quam videri. *Lib. 2, de Republica.*
93. Qui bono animo præditus est, bonus est. *Ibid.*, lib. 3.
94. Conandum est pro viribus, educationis, studiorum, doctrinarum diligentia, improbitatem repudiare, probitatem capessere. *In Dialogo Timæi.*
95. Bonitas Dei fuit causa factionis mundi, et origo omnium rerum. *Ibid.*
96. Vincit malos pertinax bonitas. *Lib. 4, de Benefic.*, capite 31.
97. Pars magna bonitatis est, velle fieri bonum. *Ep. 34.*
98. Bonus vir sine Deo nemo est. *Prosec.*
99. In unoquoque virorum honorum, habitat Deus. *Ep. 41.*
100. Vir bonus tam cito nec fieri potest, nec intelligi. *Ep. 42.*
101. Non bonitas est, pessimis esse meliorem. *Epist. 79.*
102. Non dat natura virtutem; ars est bonum fieri. *Ep. 90.*
103. Nemo est casu bonus, discenda virtus est. *Ep. 123.*
104. Bonus fruatur bona conscientia. *De Moribus.*
105. Bonitas Dei, faciendi mundum causa fuit; bonus est, bona fecit; bono nulla cujusquam boni invidia est. *Ep. 65.*
- Vide etiam tit. *Bonum*, sent. 27, 95; *Malitia*, sent. 18; *Salus animæ*, sent. 126.
- BONUM.
- BOETIUS. *Definitio.* Id est bonum, quo quis adeptus, nihil ulterius desiderare queat. *Lib. 3, de Consol. philoso.*, prosa 2.
- PLATO. Bonum est quod sui ipsius gratia est. *De Definitionibus.*
- CICERO. Bonum est id, quod est natura absolutum. *Lib. 3, De Finibus.*
- Quid est bonum? si quid recte fit, et honeste, et cum virtute, id solum opinor bonum. *De Paradaxis*, cap. 2.
- Intellige bona esse, quibus admixta est virtus. *Ep. 31.*
- Id unum bonum est, quod nunquam defringitur. *Ep. 93.*
- Bonum est omnis virtutis actio. *Ep. 102.*
- Queramus quid sit bonum; quidam ita diffinunt: bonum est, quod invitat animos, quod ad se vocat. *Prosec.*
- T. I.
- Quidam ita diffinierunt: bonum est, quod ad petitionem sui movet, vel quod impetum animi tententis ad se.
- Melius illi, qui sic diffinierunt: bonum est, quod ad se impetum animi secundum naturam movet.
- Vel, bonum est quod secundum naturam est, si perfecte secundum naturam est. *Ep. 119.*
- Divisio. Bonum commutabile triplex est: aut s. BONAVENT. est inferius, et hoc est carnis; aut exterius, et hoc est mundi; aut interius, et hoc est excellentia animi. *Prosec.*
- Ex primo, efficitur homo voluptuosus; ex secundo, curiosus; ex tertio, presumptuosus.
- Primo modo, allicitur ad gulam; secundo, ad avaritiam; tertio, ad pompam, sive superbiam. *Sup. Luc., cap. 4.* in illud: *Dixit autem illi diabolus.*
- Duplex bonum Deus præparavit hominibus; s. LAURENT. JUSTIN. unum videlicet temporale, alterum æternum; præstitit primum, alterum promisit. *Part. 2, de contemptu mundi*, cap. 9.
- Differentia. Sunt quædam bona, mala bonis, s. BONAVENT. ut affluentia temporalium, quando eis cor apponunt; sunt quædam bona, mala malis, ut sumptio corporis Domini indigne; sunt quædam bona, bona bonis, ut Ecclesia sacramenta; sunt quædam bona, bona malis, ut doctrina hæreticorum. *Sup. Psalm. lxxii.*
- Differentia bonorum:
- Bona gratiæ sunt virtutes, scientia, et opera de genere bonorum, ut predicare, jejunare; Bona nature sunt nobilitas, pulchritudo, fortitudo, ingenium;
- Bona fortune sunt dignitates, divitiæ, honores, et cætera quæ ex fortuna dantur. *Lib. 1, de Profectu religiosorum*, cap. 9.
- Origo. Omne bonum a gratia Dei sumit originem. *Sup. Ep. ad Ephes.* cap. 2.
- Verum bonum ex bona conscientia, ex honestis consiliis, ex rectis actionibus oritur. *Ep. 23.*
- Omnium honorum vis et origo in ipsa virtute est. *Ep. 74.*
- SENTENTIE PATRUM.
1. Omnia bona divini gratiæ, non humanis meritis sunt adscribenda. *Sup. Ep. ad Rom.* cap. 1.
2. Qui bonis alterius arridet, Sanctis consensit: qui vero invidet, diabolis similis est. *De similit.*, cap. 45.
3. Quanto quis major est in bonis exterioribus, tanto est instabilior, nisi susineatur. *Part. 2, tit. 8, de Invidia*, cap. 5.
4. Magnum est argumentum, quod ad majora bona illos Deus conservat, quos presentibus bonis privat. *Prosec.*
- S. ANTONIN.